

www.e-rara.ch

**Io. Alberti Fabricii, SS. theologiae d. et prof. publ., Bibliotheca Graeca,
sive, Notitia scriptorum veterum Graecorum**

Fabricius, Johann Albert

Hamburgi, 1708-1728

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRf 130 | G

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-29351>

Caput XXXVI.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CAPUT XXXVI.

De Lexicis & glossariis ad scripta Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum ac Rhetorum Græcorum intelligenda comparatis.

Glossaria in Theologos Græcos. 1. Glossæ verborum Juris à Carolo Labbæo editæ. 2. λέξις νομική MS. 3. Erotiani glossarium de vocibus Hippocratis. 4. Scriptoris ætas & dicendusne sit potius Herodianus. 5. Index scriptorum ab Erotiano laudatorum. 6. Alia Lexica & glossaria iatrica, Botanica, Physica & Chémica. 7. 8. 9. Lexica Philosophica, ut Platonica, Peripatetica, &c. 10. Lexica deperdita in Rhetoras. 11. De Harpocratonis Lexico. 12. Harpocratonis plures. 13. Index scriptorum ab Harpocratone laudatorum, ex editione Nicolai Blancardi. 14.

I.

Glossariis Biblicis Græcis, quæ in celebrioribus Bibliothecis Europæ complura MSS. exstare dixi, accensendum etiam venit dictionarium Ecclesiasticum optimæ notæ, in Bibliotheca Medicea, quod laudat Alexander Morus in notis ad 2. Tim. 1, 6. & Matth. 1, 19. Nescio, an diversum à Stephani, antiqui Glossographi (ejusdem Grammatici opinor, qui in Dionysii Thracis τέχνας scripsit) expositione MS. ἐνδιαθέτων γραφῶν, quæ allegatur à Johanne Pearsono Præfatione ad septuaginta interpretes. Sed fuerunt præterea, qui doctorum etiam Ecclesiasticorum ac Theologorum Græcorum scripta, si qui singulari dicendi genere usi fuissent, glossariis ejuscemodi illustrarent. Talis ἐρμηνεία λέξεων literarum ordine concinnata præfigitur primæ editioni Græcæ operum quæ feruntur sub nomine Dionysii Areopagitæ, Florent. apud Philippum Juntam A. 1516. 8. Ac fallitur Lambecius, qui id glossarium ex cod. MS. Vindobonensi memorans pro inedito habet, libro III, p. 72. quod eo magis mireris, quoniam ipse pag. 73. facit illius Juntinæ Dionysii editionis mentionem. Incipit: ἀγάμῃ, θαυμάσας, ἐκπλαγείς, ἄγαν, πάνυ, ἀγενῶς, ἀδενῶς, ἀνάρδρως. ἀγιστεία, ἀγιασμός, κάθαρσις. ἄγκυλον, σκολιόν, δυσχερές, πικρίλον, &c. Simile Lexicon vocum, quibus Johannes Chrysostomus signanter usus, MS. fuit in Bibl. Scorialensi, & onomasticon vocum Andrea Cretensi propriarum subjunxit ejus ope-

ribus à se editis Franciscus Combesius. Omnium etiam manibus teritur doctissimi viri *Johannis Casparis Suiceri* * Thesaurus Ecclesiasticus è Patribus Græcis collectus, quo præter insigniores voces Novi Instrumenti multa Græcorum Ecclesiæ Doctorem vocabula docte & diligenter exponuntur, rituumque simul & dogmatum atque hæresium notitia subinde perstringitur. Prodiit opus utilissimum & viginti annorum labor, Amstelodami, A. 1682. fol. licet infinita adhuc in Patribus Græcis, quæ ab illo neutiquam attinguntur, supersunt, alterius fortassis viri docti industria atque stylo consignanda.

II. Vocabula forensia Juris Attici veteris petere licet ex Harporatione & virorum doctorem in illum Commentariis (de quo mox infra dicam, ubi Lexica in Græcos Rhetores relaturus sum) tum ex Guilielmi Budæi Commentariis linguæ Græcæ. At in constitutiones Imperatorum, quæ Basilicorum libris continentur, & in alia monumenta Juris Græco Romani, glossaria varia ex codicibus MSS. Regis Galliæ descripsit, & ad calcem observationum atque emendationum in Synopsis Basilicon edidit *Carolus Labbeus* Paris. 1606. 8. Eadem subiecta deinde etiam sunt glossariis latino-græcis & græco-latinis Cyrilli, Philoxeni & aliorum, quæ post Henricum Stephanum longe auctiora magisque digesta & emendata ex Labbæi ejusdem recensione habemus excusa Parisiis 1679. fol. In epistola ad Jacobum Augustum Thuanum, *Veteres*, inquit, *jurisconsulti Græci tot glossas sive ῥωμαϊκῶν λέξεων συναγωγὰς ad Imperatoriarum constitutionum iis refertarum interpretationem & legum Romanarum intelligentiam sibi paraverunt, quæ quidem huc usque maximo studiosorum damno in bibliothecarum pulvere sepultæ jacuerunt, sepultæ, inquam, integræ fuerunt, particulas enim aliquas eruerunt amplissimi doctissimi que viri, Alciatus, Cujacius, Brissonius, Pitbæi, Fornerius: nunc vero omnes quas nancisci potui, à me collectæ & in unum Corpus redactæ ac emaculatæ prodeunt in lucem augustissimi nominis tui splendorem mutuantes.* Citatur Stephanus, nescio quis, in his glossis voce *ὕλη*. Paulus Ictus voce *ἰν ῥέμ Παυλιανῇ*. Idem *ἐν τῷ ἀπὸ πλάτων* voce *δετίγνῃ*. Sabbatius voce *ἰντεράλῃμ*. Plutarchus *ἐν τῷ Σόλωνι* (ita lege pro Σόλῳ) *ἰντεκαπεῦο*. Labeo (ita lege pro Λαβῶν) voce *ἰντζριαρῶμ*. Papinianus, voce *ἰνΦάκτεμ*. Aquilius Gallus Ictus voce *ἐπερώτησις, σπορτίλας, ἀκχιλιανῇ & ἰνΦάκτεμ*. Hetychius illustris

* Obiit Suicerus Anno 1705. 23. Sept. Heidelbergæ, cum antea Tiguri docuisset.

ὁ φιλοσοφῆσας (ἐπὶ) τῇ μιλῆσις ἐν τῷ ἑχρονικῷ διαστήματι τῇ ἰσορίας
voce παλμασίς. ἐν τῷ 5' διαστήματι. voce Φόλλης. Thalelaus ICtus ibid.

III. Novi plura ejusmodi Lexica juridica sive glossas nomicas
exstare in Bibliothecis variis manu exaratas, ut quibus usi sunt Meur-
sius & Cangius, & quales sunt illæ è quibus insigne Dionis fragmen-
tum excerpfit H. Valesius notis ad Excerpta Peiresciana. Habeo &
ipse glossarium ejusmodi scriptum in charta ante annos quadringen-
tos (licet parum emendate) latina latinis primum, deinde græcis li-
teris descripta exhibens, subjuncta græca interpretatione, hoc titulo:
λέξις νομική. Initium ejus una cum librarii aberrationibus adscribam.
Adet* ἔχει. Ad præctium participandum ἀδ πραετίμ παρτικι πάνδεμ, ἐαν-
τὸν ἡνέχετο πραετήνα. Ediles (a) Αἰδίλες οἱ ναοί. Aditevi (b) ἀδίτεναι,
ὑπαισέρχεται. Alumnus ἀλῦμν, θρεπτός. Ediles αἰδίλες, οἱ ἀγορα-
νόμοι. Adnatus (c) ἀδνάτ, ὁ ἐξ ἀρρενογονίας συγγενής. Amita ἀμί-
τα, ἡ πρὸς πατρός θεῖα. Adoption ἀδοπιόν, ἡ ὑποθεσία. Adrogation ἀ-
δρογατιόν ἡ ἐκ βασιλέως ὑποθεσία γινόμενη διαπροσάγματ, ἥτοι κτ' πα-
ράκλησιν. Edes iuentur αἰδες τέντερε, ὅτινες τὰς ναὺς ἀσφαλίζονται.
Adnatorum ἀδνατόρεμ, συγγενείς. Alubion (d) ἀλεβιον, ἡ προσκλις (e)
ἡ πρόσχωσις & πόσημ. Aquiritate ἀκλειτάτε αὐθεντία, Aquor ἀκιορ, ὁ
ἐνάγων. Alimenta ἀλιμένα, διατροφάς. Adexibendum ἀδεξιβένδεμ, ἡ
ἀδραστηκὴ & πράγματ ἀγωγή, ἡ περὶ ἐκνικήσεως. Aditation (f) ἀ-
διτατιόν, δίκαιον & οἰκὴν τινὰ εἰς τὴν ἑτέραν οἰκίαν. Aquis ἀκτες, δίκαιον &
βαδίζεν με δια & σὲ ἀγρῶ μὲ ὑποζυγίς. Aquedugius ἀκαεδόκτες, τὸ
ἔλκεν με ὕδωρ δι' ἀλλοτρίᾳ ἀγρῶ. Auslum (g) αἰβῶδεμ, ἀντλία ὕδα-
τ. Afequm ἀφέκτεμ, (h) πρόσωπον. Adstintensi (h) ἀδσιντενσεῖ,
ἀποπέμψει, ἀδραστήσεται. Ademptuon ἀδεμπεύων, ἀφαιρέμ. Agge-
pilation ἀκεπιλάτιον, εἰκονικὴ πράξις ἡ καταβολή &c. Hæc speciminis
loco plus satis esse possunt.

IV. Ad Medicæ artis vocabula descendenti occurrit primo loco
EROTIANI τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή, sive glossarium in
voces Hippocratis, ad Andromachum: quod primus ex codice MSS.
quem Helvetius quidam ex Bibliotheca Vaticana sibi commodatuna

Cccc 2

fur.

* Habet, (a) wdes, (b) adit, (c) agnatus. In glossis Labbei ἀδγνάτ, & infra
etiam ἀδνάτ, ac postea: κοννάτοι οἱ ἐκ θυλυγονίας. (d) alluvium,
(e) male πρόσκλησις in editione Labbei, (f) habitatio. (g) hauslum
(h) hinc προσωπολήπτης, qui affectum respicit, (h) abstinet.

furripuerat (i) Græce publici juris fecit *Henricus Stephanus* Parisiis Anno 1564. 8. p. 5-53. una cum eruditis castigationibus suis p. 113-178. & *Galenī ἐξηγήσει τῶν ἱπποκράτους γλωσσῶν* ad Theutram, à Petro Gillio emendata, (de quo libello dixi supra c. 17. inter Galeni scripta num. 64.) atque nescio cujus Lexico brevi vocum ut habet titulus Herodotearum, & fragmento Corinthi de dialecto Jonica. Addidit denique Stephanus p. 179. 180. paucas Conradi Gesneri in Erotianum castigationes, loca Galeni ad ætatem stylum & res Hippocratis facientia pag. 181-192. & vocabulorum Medicinalium expositiones Græcas ordine Alphabetico descriptas ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Orisbasio, Aëtio, Alexandro Tralliano, Paulo Ægineta, cum latina interpretatione, quam ex Celso vel aliunde adjunxit, p. 193-576. & capita libri secundi & quarti ex Onomastico Julii Pollucis, quæ rem Medicam & partes corporis humani spectant. Latine Erotianum ex alio codice Vaticano vertit & commentario illustravit *Bartholomeus Eustachius* Venet. apud Lucam Antonium Juntam 1566. 4. Cum ejusdem Eustachii versione adjunctus etiam est Græcolatinæ editioni operum Hippocratis Genæv. 1657. fol. & curante Renato Charterio, Vindocinensi recusatus fuit in tomo primo splendidæ editionis Græcolatinæ Parisiensis A. 1639. operum Hippocratis ac Galeni in tredecim volumina in fol. divisæ. Eustachii notas adjectas non esse, erunt qui dolebunt, quas laude sua non indignas duxit Barthius libro XXXIII. c. 1. & libro LIV. cap. 4. Adversar. Inter opera, quæ ad editionem parare instituit Medicus Augustanus eruditissimus, Georgius Hieronymus Welschius (k) num. XL. fuit Erotianus & Galeni Exegeſis vocum Hippocratis cum versione latina, & cujus usum singillatim demonstraturum se recepit, Arabica.

V. Venit mihi aliquando in mentem, Erotiani nomen depravatū esse ex *Herodiani* nomine, idque cum in dissertatione de Lexicis Græcis ante hos duos & viginti annos edita scripsissem, intellexi postea, comprobari virorum doctōrum suffragiis, è quibus Isaacus Vossius in pererudito Commentario ad Catullum, p. 91. *mirum est*, inquit, *quod scribit Herodianus, qui vulgo dicitur Erotianus*. Quid quod Etymolo-

(i) Lambec. lib. VI. de Bibl. Vindol. p. 154. (k) Vide Welschii epistolam de scriptis suis ad calcem epistolarum Gerhardi Johannis Vossii, editionis Augustanæ Vindelicor. & ad calcem Bibliothecæ promissæ ac latentis Almeloveenii.

logici Magni autor in ἀμπωτις, Κυρίως, inquit, λίγεια ἡ ἀναχώρησις τῆς θαλάσσης ἤγαν ἡ ἀναπνομένη θαλάσσα --- καταχρηστικῶς ὅ καὶ ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ σώματι ἡ ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος ὑποχώρησις ὕλης. ὅτως ἩΡΩΔΙΑΝΟΣ ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως τῶν λέξεων Ἱπποκράτους. Et Philippus Labbeus in Bibliotheca nova MStorum p. 385. *Herotiani* Lexicon vocum Hippocratis per Alphabetum in Bibl. Vaticana & Carpenfi commemorat. Non tamen plane est exploratum, pro falsa & corrupta habendam esse tot MStorum codicum, H. Stephano, Gesnero, Eustachio & Lambecio inspectorum lectionem, qui Erotiani nomen constanter repræsentarunt. Regionum quoque Parisiensium, quos Labbeus p. 126. jam laudatæ Bibliothecæ, Oribasii Jatraca, Erotiani Lexicon & Dioscoridis ac Stephani Atheniensis de re Medicæ libros ordine Alphabetico exhibere testatur. Deinde notandum, quod ne vocabulum quidem ἀμπωτις nedum illius explicatio quam ex Herodiani ἐξηγήσει vocum Hippocratis auctor Etymologici affert, in Erotiani sive ut Hugoni Grotio (1) dicitur, *Erotionis* libro legitur, cui objectioni occurrere nullo modo licet, nisi mutilum illum ad nos venisse velis causari: contra Galenus in sua expositione glossarum Hippocratis voce κάμμορον nominetenus Erotianum laudans ex eo profert, quæ etiamnum in hoc libello leguntur, licet quædam editiones Galeni, perperam ibi pro Erotiano Herophilum ingerant. Facilius etiam fieri potuit, ut ignotius Erotiani nomen in notius Herodiani corripuerint librarii, quam vicissim. Sed & uterque, Herodianus Grammaticus, quem pelagus scriptorum reliquisse post se Priscianus testatur, & Erotianus illo antiquior in eodem argumento industriam suam exercere potuerunt. Credibile autem, *Andromachum* illum, cui Erotianus glossarium suum inscripsit non diversum esse a celebri illo Archiatro Neronis Imperatoris, vel certe ejus filio, itidem Medico, de quibus videri possunt Johannes Harduinus ad Plinium, Thomas Bartholinus de Medicis Poëtis & quæ dixi supra lib. 3. Cap. 26. §. 8. Quanquam Marsilius Cognatus, nescio quibus argumentis ductus, lib. 2. Observationum Cap. 28. vereri se, ait, ne recentior aliquis temporum ignarus falso titulo & simulata dedicatione librum Erotiani ediderit, ut opinionem vetustatis ei compararet. At certe antiquum & doctum librum esse, neque habere, quod illa, quam dixi

Cccc 3

ata-

(1) Vide Thomæ Gatakeri Adversaria pag. 138. edit. Lond.

etate sit indignum, mihi persuadeo. In Bibl. Isaaci Vossii fuit Græca Erotiani editio, quam Stephanus vulgavit, adscriptas habens Bonaventuræ Vulcanii emendationes, estque & mihi aliud ejusdem exemplum, in quo manu sua pasim quædam emendavit eruditorum Princeps, Josephus Scaliger. Sed indicem Scriptorum, quos laudat Erotianus, per otium a me concinnatum, antequam de isto Glossographo dicere omittam, subungere operæ pretium est.

VI.

INDEX SCRIPTORUM, Ab Erotiano laudatorum.

Æschylus, voce ἄμβην.

ἐν εὐιδρύσει. v. ἱκταρ.

ἡδοναῖς. ibid.

Σισύφω. v. διοπῶ.

Alcman ἐν ἀμελῶν. v. νεωχμόν.

Andromachus, cui συναγωγὴν λέξεων Erotianus inscripsit, præfat.

Antigonus Grammaticus v. πηνιρά.

Alexandrinus. præfat.

Antiqui. v. ἀντεόνθεον, κατεφρόνες, σκορδίνημα, σλεγγίδα, τὸ τέρεθρον, Φολλικώδη, Φρένας.

Apollodorus. v. χέλωμα.

ἐν β' περὶ Θεῶν. v. χάριτες.

Apollodorus, ὁ τὰς ὕμνων γράψας. v. τὸ τέρεθρον.

Apollonius Citties v. κλαγγώδη, & præfat. ubi male al. Apollodorus.

ἐν τῷ περὶ ἄρεθρων. v. ἄμβην.

Apollonius Memphites ἐν τῷ περὶ ἄρεθρων. ibid.

Apollonius ὁ ὄφης. præfat.

Apollonius senior. ibid.

Apollonius ὁ Θήρ. v. ἄμβην. idem qui in præfat. Apollonius ὁ ὄφης, ubi ejus libri XVIII. contra Heraclidem Tarentinum & III. contra Bacchium memorantur.

Archilochus. v. σκύτα, τράμην.

Aristarchus Grammaticus. præfat.

Aristocles Rhodius, Grammaticus. ibid.

Aristopeas Rhodius (al. Aristobulus) Grammaticus. ibid.

Aristophanes Comicus v. ἀχιλλήιδες, Εἰκχαρις, κενέθρεα, σκορδίνημα.

ἐν Ἀμφιαράω. v. λεβηρίδες.

Αὐτολύκω. v. ἄμβην.

Ἀχαρνέσι. v. κυρδίνημα, κόλλιες, μαριλῆνοι, περιφνες.

Βατραχίς. v. οἶν.

Γηρυτάδην. v. γαργαλισμῶ. ἐκλαπῆσεται.

Δαμ-

Δαιδαλω. v. ἀνεκός.
Θεσμοφοριαζέσαις. v. οἶν^Θ.
ἵππεῦσι. v. ἡδύμασι.

Κωκάλω. v. φῶδες.
ὄρνισι. v. ἐλακύνειν. ἵπν^α.

Aristophanes Grammaticus. v.

θράσσει. φορινῆς. χέδροπα.
ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσι. v. ἀμ-
βην. διοπῶ. κησέρης.

τοῖς ὑπομνήμασι. v. πικερῶ.

Aristoteles ἐν ταῖς κωμικοῖς. v. ἡρα-
κλείης νόσ^α.

Artemidorus Grammaticus ἐν

ταῖς λέξεσι. v. λάσιον.

Ἀσκλησίων. v. ἄμβην.

Aсклеpiades. v. πόνιοι.

ἐν τῷ ἐξηγητικῷ ^Σ κατ' ἡτρεῖον.
v. σκέπαρον^Θ.

Attici. v. ἀκεσίας. διοπῶ. δειμῶδε^Θ.

ἐπίθημα. ἐμβατευσόμενον. ἐπι-
εικῶς. ἐπηλυγάζονται. ἡδύμασι.
ἵκταρ. καρδαμύσσειν. κόσμ^α. μυτ-
τωτόν. ὀγκυλωμένη. οἰναρίδες.
πῦρ. τετραμμόν. τὰ ἐπιμήνια.
Φωναί. φθοῖσκες. χάριτις χέ-
δροπα.

Bacchius (βακχεῖ^Θ) Tanagræus

præfat. v. ἄλλοφάσοντες. ἀραιά.
ἀπολελαμμένοι. ἀμφιδέξι^Θ. ἀ-
λάστορες. αἰόνησις. ἀρτίων. ἀθέλ-
γηται. ἀγάλλεται. βλιχῶδες. ἐκ-
χυμα. ἐμπηροι. θράσσει. κλαγ-
γώδη. κυβιτῶ. λαπῆι. λελυγισ-
μένα. μάσσον. μετεξέτεροι. νείαι-
ρα. ὄγχη. ὄκνις. ὄπλα. πηχέ-
δεον.

Ejus συναρξέεις τρεῖς λέξεων ἵππο-
κράτης multis Poëtarum testi-
moniis additis. præfat. Apollo-
nii Theris libri III. contra
Bacchium, ibid. Vide & infra
Epicles & Philinus.

ἐν τῷ α' τῶν λέξεων. v. ἀλυσμόν.
ἀτρεκέως. ἀνακώχῃσις. αὐτίκα.
γῦιον. ἐμβατευσόμενον. ἐδ^Θ.
πληνός, σκετρετέραν. τύρσις.
Φωναί.

ἐν τῷ β'. v. ἄλις. ἀγάλλεται. ἐγ-
χλοισόμενα. ἐμβατευσόμενον. λα-
πῶδες. ποταίνια. πυθμώθεν.
τρύζειν.

ἐν τῇ τρίτῃ. v. ἀρτίων. ἀνάγκη.
ἄμβην. ἐδραῖως. ἐξαρεύεται. ἐνε-
φλεβοτόμησε. συχνόν. σερρώ-
δειν.

Callimachus. v. συναρθμῆται. τὰ
λέγνα τ' ὑσέρας. Herophilus,
ὁ ἀπὸ τ' ἡροφίλ^α οἰκίας. præ-
fat.

Callistratus ἐν ε' συμμίκτων. v.
χεῖται.

Cinefias. v. ῥεμβοειδέα.

οἱ πρὸ τὴν ἀρχαίαν κωμῶδιαν καλα-
γνώμενοι. præfat.

Cydias Herophileus. præfat. Vi-
de & infra in Ilchomachus,
& Lyfimachus.

Demetrius Epicureus. v. κλαγ-
γώδη, & præfat.

Democritus. v. φλεωδῶδη. & præ-
fat.

Diagoras Cyprius. v. περόνας.

- Didymus Grammaticus Alexandrinus. *præfat.*
 Diocles. v. ἐκτόμος. κοτυλιδόνας. σκαμοειδές. Carystius. v. Φώδες.
 ἐν τῷ κατ' ἡγερέιον. v. ἄμβην.
 Diodorus Grammaticus. v. καμμάτω.
 Diodotus ἐν β' μυθολογιῶν. v. νίωπον.
 Dioscorides Φακᾶς. v. Φωναί, & *præfat.* ubi ejus libri septem memorantur. ἐν τῷ ε' τῶν ὕλικῶν. v. καμμάτω.
 Diphilus (Comicus) ἐν Δαναίοι. v. γαργαλισμῶ.
 Dorica. v. ἀνακῶς. κίθαρις. Φώδες.
 Epicles. v. ἀτρεκέως. ἀπολελαμμένοι. ἀετρίων. ἀθέληται. ἀνακώχῃσι. αὐλικά. βλιγῶδες. ἐδραίως. ἰδρυτο. κανονία. λελυγισμῶα. μεθίησιν. ὀμμαῖα. ὕδρεν. Φαρμακοῖσι. χεῖαι.
 Ordine litterarum scripsit de vocibus Hippocratis, nimis brevitate studiosus, ματαίᾳ συνομίας ζήλωτις. *præfat.* Bacchii tres συντάξεις in compendium misit. ibid. ubi pro παρεπικε-
- λέυς κρητός, legendum παρ' ἐπικλέες & κρητός.
 Epicurus *præfat.*
 Epitherfes (male Θέρσις in edit.) ἐν β' τῶν λέξεων v. ἄμβην.
 Erasistratus. v. ἄμβην.
 Eratosthenes. v. χεῖαι.
 Euphorio v. βλιγῶδες. Ejus sex libri quibus voces Hippocratis explicantur. *præfat.*
 Eupolis v. ἐχίνον.
 ἐν Αἰξί. v. πρόμαλον. σελαχίοισι.
 κλοταῖς (lege κλοπαῖς) v. ἡδύσμασι.
 Λάκωσι. v. μυττωτόν.
 Μάρια (leg. μαρικᾶ) v. ψάγδας.
 Euripides. v. κομψεύομαι. ἐν Ἀλκμαίωνι v. σκεθροῖαν. Ἀντίπη v. κατεφρόνες. Εὐρυθεῖ v. τὸ τέτρονον. ἰππολύτῳ. v. ἀμφιδέξι. διὸ πῶ. διεβλήθησαν.
 Κλεισί (leg. κρησί) v. * ἀτρεκέως.
 Μελανίππη. v. ἀλάστορες.
 Οἰδιπόδι. v. ὑπέλλει.
 Ὀνή (leg. Οἰνῇ) v. τιμωρέσσα. Ὀρέτη. v. διεβλήθησαν. σάφα.
 πο-

* Versus Euripidis loco illo citatos ab Erotiano, Josephus Scaliger in codice suo manu sua emendavit hunc in modum:

Ἡκὼ ζαθέας ναῖς προλιπῶν
 ἔς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκός
 τεγανὸς παρέχει χαλύβῳ πελέκει,
 καὶ ταυροδὲ τῷ κρηθεῖς ἀτρεκέως
 ἀρμὸς κιπαρίσῳ,

πολυείδω v. διεβλήθησαν.

Φοινίκη (leg. Φοίνικι) v. δι-
πετής.

Eurycles. v. πλωόδης, nisi forte
legendum ἐπικλῆς pro Εὐρυ-
κλῆς.

Glaucias. v. ἀμφιδέξι. ἀνθόλι-
κες. ἀνακώχισις.

Empiricus, *præfat.* de vocibus
Hippocratis ordine scribens
Alphabetico μακρότερον ἐφά-
νη. *ibid.* Unus ejus liber sed
πολύσιχ. πάνυ. Ita enim
legendum pro πολύχις.

Hecataus. v. κνήστρ.

Heraclides Tarentinus. v. θράσ-
σαι. μάστον. ὑποφρον. & *præfat.*

ἐν β' ἐξηγητικῷ & δ' ἐπιδημιῶν.
v. σλεγγίδα.

Vide & supra, Apollonius ὁ Θῆρ.

Herodotus. v. ἀμφιδέξι. μετε-
ξέτεροι, & *præfat.*

Herophilus. v. ἀλυσμόν.

Hippocrates ἰων, five Jonice scri-
bens. v. τριταίοφυις. adde Ga-
len, T. 5. p. 463. edit. Basil. Scri-
pta Hippocratis pasim alle-
gat Erotianus, sed de dictio-
ne ejus atque vocum quibus
usus est interpretibus, & ex
scriptis quæ genuina ejus sunt,
vide *præfat.*

Hipponax. v. ἀμφιδέξι. μαρι-
λῆνοι, τεάμιν. φῶδες.

ἐν α' ἰάμβων. v. σαιθρά.

Homerus ὁ ποιητής. v. ἀμφιδέ-
ξι. ἀτρεκέως. ἀραιά. ἀνασ-

μόν. ἀναυδ. ἀήρ. ἄλις. γυῖον.
εἰρύειρα. ἐτίταινέιο. ἐπίσαιρα. θυ-
νων. ἰμεῖρομα. ἰδρύιο. ἰδνώθη. κε-
κρίφαλ. κατηπεδανόν. κρή-
γυον. λέγων. μαριμαρυγὰ. ἐρεῦς.
ὁ χετῆς. παλύναν. περνας. ρινοῦ-
χογραφεύεσσα. συνοχωκός πα-
δῆ. τρύζεν. ὠϊζα.

ἐν τῷ ε' ἰλιάδ. v. ἀλυσμόν.
ἀχλυῶδες.

Homeri versus, Iliad. υ'. 250, & τ.
183. *præfat.*

Hippocrates ἀνὴρ Ὀμηρικὸς τῇ
φράσει. *præfat.*

ὁ πρὸ ἰαχόμαχον (lege λυσίμα-
χον) καὶ Κυδίαν τὸν μυλασέα
(lege μυλασέα, ex Mylasa
Cariae civitate) v. ἰκταρ.

Lacones v. πιλῶσι.

Lycus Neapolitanus. v. ἀρτίων.

ἐν τῷ ε' τῷδε & συγγράμματι
(Hippocratis de locis in ho-
mine) ἐξηγητικῷ. v. κάμμορον.

Lyfimachus. v. ἐλιχώδες. τράμιν.

Cous. *præfat.* ejus libri III. contra
Cydiam Herophileum, *ibid.*

Menander (Comicus) v. σλεγ-
γίδα.

ἐν ἀπιδι. v. ἔμυξεν.

βιωτία v. ἡμικτία.

Δαρδάνω v. ἡδύσμασι.

ἐπιτρέπασι v. ἐχίνον.

Menestheus ὁ Στρατονικεύς. v. ἄμ-
βην.

Metagenes v. πόλφοι.

Nicander v. ἐκδήλυσις. κνήστρ.

ἐν Γεωργικοῖς. v. χέδροπα.

Dddd

Θη-

- Θηριακοῖς. v. ἀγνῶ. τὰ μισον. χα-
μαιζήλῃς. χηραμίδα.
ὡς καὶ Νίκανδρῳ ἐξηγῆται. v.
ἀδελγῆται.
- Niger. v. Φαρμακοῖσι.
ἐν τῷ περὶ ὕλης. v. λείριον.
- Ὁρογράφοι οἱ περὶ χρόνῳ γράψαντες.
v. ὠρέοντα.
- περιγένης ὁ ὀργανικὸς ἐν γ' μηχαν-
ικῶν. v. ἄμβην.
- πηλέμαχῳ, vide Telemachus.
- Petronius v. σκύτα.
ἐν ὕλικοῖς. v. νίαπον.
- Pherecrates (Comicus) ἐν θαλάτ-
τη. v. ἄρδαλον.
ἐν μετὰλλεύσιν. v. ἀεμῶ.
- Philemon (Comicus) ἐν μυρμι-
δόσιν. v. ἐχῶν.
- ἐν πανηγύρεα. v. ἄρδαλον.
- Philinus. v. ἀτρεκέως.
- Empiricus, Bacchii æqualis con-
tra quem scripsit. *præfat.*
- Ejus libri sex de vocibus Hip-
pocratis. *ibid.*
- Philocrates Samius v. καρνεύειν.
- Philonides Siculus v. ἐξέρυθρον.
τρίταιο Φυεῖς.
- Phryges. v. πικερίω.
- Phrynichus (Comicus) ἐν χρόνῳ.
v. ὑποτέναι.
- Pindarus ἐν ὑπορχήμασι. αἰών.
- Plato I. de Rep. v. βλακεύειν.
- Polyzelus (Comicus) ἐν δήμῳ. v.
δαινόν.
- Rhodii. v. ἄμβην.
- Romani v. ῥίζη ἀλθαίης.
- Siculi v. κραμβεῖον.
- Sophocles. v. ἀχιλλήδες.
ἐν Ἀχαιάδῃ (legend. Αλευάδαις)
v. καλῆς Φρόνῃς.
- Ἀμφιαράῳ. *ibid.* & πέλον.
- Ἐλένης ἀπαιήσῃ. v. θράσῃ.
- Σμηρυγόνῃ (legend. ἡριγόνῃ)
v. ὑποφρον.
- Ἰφιγενεῖα v. ὑποφρον.
- Κλυταμνήστρα v. ἀντεόνθεον.
- Πελία v. παιδικὸν πᾶθῳ.
- Ποιμέσι v. πέλον.
- ἐν ἐλεγεία v. χάριτες.
- Strato Erasistratus. v. ἄμβην.
- Strattis (Comicus) ἐν κυνηγῶς.
v. καμμάρω.
- ἐν Φοινίσσας. v. λευκέριδες.
- Tarentinus, vide supra, Hera-
clides.
- Telemachus Grammaticus. v. λε-
βηρίδες.
- Theopompus ἐν Ὀδυσεΐα. v. λά-
σιν.
- Thersis, vide supra Epitherfes.
- Θόας ὁ Ἰθακήσις, Thoas Itha-
censis. v. πικερίω.
- Thucydides. v. ἐπηλυγάζοντα. τὰ
ἐπιμύθια. & *præfat.*
- Xenocritus Cous. v. ἀλλοφάσον-
τες.
- Grammaticus, Hippocratis vo-
ces primus interpretatus. *præ-
fat.*
- Zeno Herophileus. v. ἄμβην καμ-
μάρω.
- Zeuxis ἐν τῷ β' τῶν ἐξηγητικῶν τέττε-
ρ βιβλίοις. (Hippocratis de locis
in homine,) *ibid.*

VII. Quam multi ante Erotianum in explicandis Hippocratis vocibus versati fuerint, docet ille in præfatione his verbis, quæ paulo emendatiora quam sunt in editis, cum versione mea adscripti.

Πολλοὶ τῶν ἐλλογίων ἐκ ἱατρῶν μόνον ἀλλὰ καὶ γραμματικῶν ἐπιδάσαν ἐξηγήσατο τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς λέξεις ἐπὶ τὸ κοινότερον ἀγαγεῖν. Ξενοκρίτης δὲ ὁ κῶος, γραμματικὸς ὢν, ὡς φησὶν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξέλαβε τοὺς τοιαύτας ἐξαπλῶν φωνάς. ὡς ἡ καὶ ὁ Κιτιεύς Ἀπολλώνιος ἰστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλης οἰκίας. μετ' ὃν φάσι τὸν Ταναγραῖον Βακχεῖον ἐπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ καὶ διὰ τριῶν σιλλάξεων πληρῶσαι τὴν προθεσίαν. πολλὰς ὡς ἐθέμενον εἰς ἕτοιμα μαθηρίας ποιῶν. ὃ δὲ τὸν ἐμπειρικὸν συγχρονιστὰ Φίλινον ἐξ ἐξαβίβλης πραγματείας ἀντειπεῖν, καὶ παρ' Ἐπικλέους ἔκρητος ἐπιθεμῶς τὰς Βακχεῖας λέξεις διὰ τῶν σιλλάξεων, Ἀπολλωνίᾳ τε ἔθ' ὅπως ἔτοι ποιῶντος, καὶ Διοσκορίδῃ τε Φακῷ πᾶσι τῆτοις ἀντιπῶντι δι' ἐπτὰ βιβλίων, Ἀπολλωνίᾳ τε ἔκ τριῶν ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰς ταναγραῖνας τρία πρὸς Βακχεῖον διὰ τετραψαύτων, καὶ Γλαυκίᾳ τε ἐμπειρικῷ δι' ἑνὸς πολυσίχως πᾶν καὶ κατὰ σοῦ χεῖρον πεποιημῶς τὰς ἐπιηδέυσαντες. πρὸς τὰς τῆτοις Λυσιμάχῃ τε κῶῃ καὶ βιβλίων εἰσπονήσαντος πραγματείας, μετὰ τε τὰ τρία μὲν γεγραμμένα πρὸς Κυδίαν τὸν Ἡροφίλειον, τρία

Multi celebrium non Medicorum tantum sed Grammaticorum quoque studuerunt Hippocratem exponere, & voces ejus vocabulis aliis quibus communiter in consuetudine utimur, interpretari. Xenocritus quippe Cous Grammaticus, ut ab Heraclide Tarentino traditum est, primus suscepit vocabula ejus explanare, atque Apollonio Citico teste etiam Callimachus Herophileus. Post hunc ajunt operi manum admovisse Bacchium Tanagræum, & tribus libris institutum suum perfecisse, multis Poëtarum testimoniis (m) in hoc insuper adjunctis. Cujus equalis Philinus Empiricus sex libros contra scripsit. In eodem argumento versati sunt Epicles Cretensis qui Bacchii libros in compendium misit, Apollonius item cognomine Ophis, & Dioscorides Phacas qui adversus hos omnes scripsit libris septem, Apollonius item Cittieus qui duodeviginti libros composuit contra Heraclidem Tarentinum & contra Bacchium tres: Nec non Glaucias Empiricus uno scilicet prægrandi libro & secundum litterarum ordinem digesto. Lyfimachus præterea Cous libros XX. in hoc genere elaboravit, postquam tria volumina scripserat contra Cydiam Hero-

Dddd 2

phi-

(m) Galenus præfatione ad glossas Hippocratis refert, Aristarchum Grammaticum Bacchii τὸ πλεονάζον ὡς ἀδυνατάτων sive loca scriptorum suppeditaſſe.

ἢ πρὸς Δημήτριον. Καὶ γὰρ ὁ ἀναδε-
ξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων, πᾶσαν
εἰσπύδασε λέξιν ἐξηγήσας διὰ
βιβλίων ἐξ. Τῶν ἢ γραμματικῶν
ἐκ ἑῶν ὅσις ἐλλόγιμος Φανείς παρ-
ῆλθε τὸν ἄνδρα. ἐτι ἢ Ἀρίσταρχος
παρ' ὃν γεγεῖσθαι Ἀριστοκλείς καὶ
Ἀριστοπίας (al. Ἀριστόβηλος) οἱ
Ῥόδιοι, καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ
Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς.

phileum & totidem adversus De-
metrium. Sed & Euphorion Ly-
simachum secutus voces universas li-
bris sex interpretari instituit. Ex
Grammaticis vero clarissimis quibus-
que rationem Hippocratis nemo non
habuit, Aristarchum & hinc Aristo-
cles atque Aristopeas (al. Aristo-
bulus) Rhodii, ac post universos Ale-
xandrini Antigonus & Didymus.

VIII. Ab Herophilo quoque glossas Hippocratis scriptas Galenus auctor est: Dioscoridem vero juniorem glossographum (n) Alexandri-
num quem à Dioscoride Φανᾷ distinguit, pluribus libris ἀπᾶσαν Hip-
pocratis λέξιν explicare professum, ne tertiam quidem ejus partem ex-
posuisset, & plurima attulisset vulgaria & ex Nigro, Pamphilo, Dio-
scoride Anazarbeo, antiquioribusque Cratena, Theophrasto, Hera-
clide Tarentino & aliis pluribus exscripsisset. Ipse quidem Galenus
in sua glossarum Hippocratis ἐξηγήσει profitetur se expositurum & μό-
νον ὅσα τοῖς ἄλλοις παλαιαῖς ὑπάρχοντα συνήθη τῶν ὀνομάτων ἐκ ἐτι ἐστὶν ἐν
ἔδει νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅσα κατὰ τινα τρόπον ἰδίου αὐτοῦ ἐποίησατο ὁ ἵππο-
κράτης, ἢ μετενεγκὼν ἀπὸ ἑ συνήθης, ἢ ἡμίμα παρὰ τοῖς ἑτέροις, ἢ τὸ σημαῖ-
ον ὑπαλλάξας. Ab hoc Galeni diversum MS. glossarium in Hippo-
crate evoluit Cangius. Etiam sub falso Herodoti nomine Charter-
ius ad Erotiani calcem Lexicon parvum vocum Hippocratis subjecit
Tomo 2. ed. Op. Hippocratis & Galeni p. 140. secutus Hieronymum
Mercurialem, qui illud suo Hippocrati adjunxerat: Henricus Stepha-
nus vero una cum Erotiani & Galeni glossariis pag. 105-109. vulga-
verat hoc titulo: Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτέων λέξεων, quod nescio, an ve-
rissimiliter Maussacus pag. 389. diff. de Criticis habebat pro particula
operis Apollonii Grammatici, cujus ἐξηγητὴν Ἡροδοτὴ γλωσσῶν laudat
auctor Etymologici MS. in σοφιστῆς & κωφός. Ex recentiorum mo-
numentis præsenti loco laudanda est Anutii Froëssii œconomia Hippo-
cratis sive Lexicon Hippocrateum Francof. 1588. Genev. 1662. fol.
quem librum Reinesius Epist. ad Nesteros p. 23. Studiosis Medicinæ
Hippocratis utilissimum & in omnibus Bibliothecis Medicis spectan-
dum appellat. Johannis item Conradi Dieterici Jatream Hippocrati-
cum,

(n) Vide supra Cap. 3. §. 2. hujus libri IV.

cum, five Lexicon Græcum ex vocabulis aphorismorum Hippocratis concinnatum, spisso volumine in 4. Gieslæ 1656. & Ulmæ 1661.

IX. ὀνομασίας τῶν φαρμάκων teste Galeno in glossis v. Ἰνδικὰ, scripserant olim complures, καθ' ἅπασιν Μενεοθεύς τε καὶ Ἀνδρέας ὁ Ἑχρυσάορος καὶ Ξενοκράτης καὶ Διοσκουρίδης ὁ Ἀλεξανδρεὺς. Huic juniori Dioscoridi fortassis tribuenda est historia plantarum ordine Alphabetico & Alphabetum Empiricum, quæ utraque ad calcem Dioscoridis Anazarbei cum versione & scholiis edidit Janus Antonius Saracenus. In *Pauli Æginetæ* libro VII. Cap. 3. virtutes medicamentorum & apud *Ætium* tetrabibl. 1. lib. 1. simplicia pharmaca ex plantis, literarum ordine referuntur. Literarum quoque ordine decurrit, atque adeo Lexici parvi instar est, de quo dictum libro quinto, *Simonis Sethi* Syntagma de alimentorum facultate. Paxami quidem ὀψαρτυτικά, καὶ σοιχεῖον, Suidæ memorata, diu est quod interciderunt. Omitto glossas *Nicolai Myrepsi*, qui seculo decimo tertio scripsit, & *Nicomedis* Jatrofophistæ Lexicon aliaque Lexica & glossaria Medica ac Botanica incertorum auctorum in variis obvia Bibliothecis, & Labbeo, Cangio, Lambecio memorata atque inspecta. Quod vero in indice auctorum, quos allegat ad Solinum Salmasius, memoratur Osiridis Lexicon Chemicum, error est, nam Salmasius ex Anonymi parvo Lexico χρυσοπίκας καὶ σοιχεῖον, quod MS. est etiam in Bibliotheca Vindobonensi, ut testatur Lambecius lib. VI. pag. 180. profert tantum hæc verba: Ὅσιρις ἐστὶ μέλιθον καὶ θάον, quibus denotatur, plumbum & sulphur Chemicæ artis scriptoribus quandoque venire Osiridis nomine. Idem Lexicon Chemicum, quod propemodum integrum locis suis insertum video glossario græco Cangii, servo & ipse manuscriptum una cum scriptoribus Chemicis Græcis, quorum Apographum benevole mecum communicavit illustris vir Paulus Vindigius. De illis fufius differendi locus infra libro sexto dabitur, nunc tantum verbo monere juvat in Matthæi quoque Silvatici Mantuani Lexico sive pandectis, qui circa A. C. 1297. scripsit, ut ipse testatur vocabulo *bruas*, præter latinas, Arabicas aliasque exoticas, multæ etiam Græcæ voces jatricæ, sed fere semper inemendatissime scriptæ latinis literis, Alphabetico ordine referri & explicari. Harpocratonis Alexandrini Lexicon ineditum ἐν τῇ φυσικῇ δυνάμει allegat idem Salmasius, legunturque Harpocratonis illius nonnulla in Kyranidibus, de quibus dixi Lib. I. Cap. 9.

X. A Medicis deveniendum ad *Philosophos*, qui cum & ipsi vocabula sibi peculiariter habeant, ac pro diversis disciplinis & sectis diversa, non defuerunt qui & illa singularibus Lexicis interpretarentur. Laërtius de Platone lib. 3. c. 63. *ὀνόμασι ᾧ κέχρηται ποικίλοις, πρὸς τὸ μὴ εὐσύνοπτον εἶναι τοῖς ἀμαθέσι τὴν πραγματείαν*, ad quem locum apprime huc faciunt quæ annotat Menagius. Scripserat *Timæus* (junior) Lexicon breve ad Gentianum ordine Alphabetico *πρὸς τῶν ὡρᾶ Πλάτωνι λέξεων*, memoratum Photio in Bibl. Cod. CLI. Laudat idem Photius Cod. CLIV. seqq. *Boëthi συναγωγὴν λέξεων πλατωνικῶν* ad Melantum, itidem ordine litterarum compositam & longe præstantiorem utilioremque opusculo Timæi. Tum ejusdem Boëthi *πρὸς τῶν ὡρᾶ Πλάτωνι ἀπορρημάτων λέξεων*, ad Athenagoram. Allegatur Boëthius ἐν τοῖς *πρὸς Πλάτων* apud Hesychium in *ἀπὸ πάντων κειτάς. ἡνυποκρίσιν* quoque Argivus Platonis Philosophus, Cæsaris convictor, præter amplissimos in Platonem commentarios, verborum Platoniorum libros duos contempsit: Auctor Suidas. Clearchus Solensis, Peripateticus, τὰ ἐν τῇ *Πλάτων* πολιτεία μαθηματικῶς εἰρημνέα enotavit teste Athenæo: Dionysius Halicarnassæus Musicus eodem Suida teste scripsit libros quinque *πρὸς τῶν ἐν τῇ Πλάτων* πολιτεία μαθηματικῶς εἰρημνέων. Theodori Solensis librum de Mathematicis dictis in Platone citat Plutarchus libello de animæ procreatione & libello de oraculorum defectu. Philippus Mendæus omnia loca Mathematica quæ in operibus Platonis præceptoris sui observaverat, singularia excerpsit & exposuit. Theon Smyrnæus etiam peculiari opere tractavit quæ Mathematica ad lectionem Platonis utilia sint, verum & hoc & quæ jam è Menagio commemoravi alia quædam Lexicis anumerare nolim, uti nec Metrophanis Sophistæ *πρὸς τῶν χαρακτηριστικῶν Πλάτωνος*, qui liber à Suida laudatus Rhetorici argumenti fuit potius quam Grammatici: nec quæ Galenus scripserat de iis quæ in Timæo Platonis dicta sunt *ἰηλεκτικῶς*, aut quæ Plutarchus de variis Platonis locis commentatus fuit. At similiter lexicon vocum Aristotelicarum a doctissimo viro Petro Petito expectare jussit Menagius, quod Nicasio licet etiam memoratum in Epistola de Petiti vita & scriptis, tamen nondum vidit lucem. Est interim in manibus Lexicon eruditi viri & digni vitalongiore D. Martini Fogelii posthumum Philosophum, quo vocabulorum homonymorum præcipue ex Aristotele significationes diligenter explicantur. Hamb. 1689. in 4. Omittolatinè editam *Joh. Baptiste Bernardini* Pa-

tricii Veneti seminarium five Lexicon triplex atque indices in Philosophiam Platoniam, Peripateticam, Stoicam Venet. 1582. fol. atque inde Lugduni, Genevæ &c. *Philemonis* Grammatici Lexico *τεχνολογικῷ* MS. ex Bibliotheca Colbertina usus est Cangius.

XI. Rhetorica Lexica non modo ad intelligendos Oratores sed & ad ornatum dictionis Græcæ & copiam comparandam faciunt cujusmodi *Phrynichi* *ῥητορικὴ σοφιστικὴ* de quibus dixi supra c. 34. §. 8. *Philonis* Lexicon Rhetoricum ex Etymologico Magno in *δέμα* laudant viri docti, nisi ibi legendum *ἕως φίλων* eis τὸ ῥητὸν pro *ῥητορικόν*. *Zosimi* *Gazæ* Lexicon *ῥητορικόν* *Suidæ* memoratur, nec minus *Julii Vestini* *Sophistæ* *ἐκλογὴ ὀνομάτων* ex Demosthene, Thucydide, *Ἰσῶ*, *Ἰσοκράτει* & *Θρασύμαχο* & aliis Rhetoribus. *Eudemi* Rhetoris Lexicon Rhetoricum ab eodem *Suida* diligenter tritum extat adhuc MS. in variis Bibliothecis, ut *Vindobonensi*, *Parisiensi*, *Medicea*, laudaturque a *Jo. Pricæo* notis ad *Novi Testamenti* libros ut in *1. Timoth. III. 3.* &c. a *Cangio* in glossario Græco aliisque. *Pausaniæ* Lexicon *ῥητορικόν* allegat ad *Homer.* *Eustathius*, cui e *Photio* Cod. 150. addere licet *Juliani* (illius, ut suspicor, cui *Phrynichus* librum quartum suæ *ῥητορικῆς* inscripsit) *Λεξικὸν τῶν ῥητορικῶν λέξεων καὶ σχημάτων*, quod non dubitat præferre Lexicis Rhetoricis *Diodori* & *Philostrati* *Tyrri*. *Diodori* illius puta, quem *Suidas* *Valerii Pollionis Alexandrini* filium commemorat, & ἐξήγησιν τῶν ζητημένων ῥητορικῶν λέξεων scriptisse tradit in *Πωλίῳ*. Ait etiam *Photius*, se evolvisse, quibus nulla auctorum nomina præfixa fuere, Lexicon *καθαρῆς ἰδέας*, five puri ac simplicis sermonis, alterum *σεμνῆς ἰδέας* five styli gravis, & tertium denique *ἰδίας λόγῳ πολιτικῷ*, five dictionis civilis, quali Rhetores *Attici* uti consueverunt, Cod. 146. seq.

XII. His ut videtur pridem deperditis, certe in lucem publicam non protractis, exstat & omnium in manibus versatur *Valerii HARPOCRATIONIS* *περὶ τῶν λέξεων βιβλίον*, five Lexicon, Rhetoribus potissimum *Atticis* intelligendis destinatum, unde in quibusdam editionibus *Λεξικὸν τῶν δέκα ῥητορικῶν* inscribitur. Sed ab auctore nullum alium titulum, quam *λέξεις*, præfixum contendit *Johannes Meursius* VI. 2. *Attic. Lect.* cujus sententiæ etiam in sua editione suffragatus est clarissimus vir *Jacobus Gronovius*, nam & *Suidas* diserte vocat *λέξεις τῶν δέκα ῥητορικῶν*, verba enim, quæ ibi sequuntur, *ἀνθρηπῶν συναγωγὰ*, aliud opus floridorum indicant, fallunturque qui illa ad Le-

